4960 magnis litteris. Curibus rep. in effossionibus principis Torloniae, apud quem extat Romae.

*m. au*RELLIVS · ANTONIN*us*
*brita*NNIC MAX GERM *max*

Descripsit Bormann, item ex ectypo chartaceo Stevenson.

2 litterarum vestigia sola supersunt.

4961 *agli Arci* rep. a. 1874 inter rudera fori antiqui LANCIANI.

*c*ORNELIAE · SA*loninae sanctis*
SIME · AVG CO*niugi imp. caes. p*
sic *licini g* ALLENI · *aug. curenses sa*
BINI · DEVOTI N*umini eius*
CVR · AGENTE N *cura*
sic TORI · R · PVBL · S · DE*voti numini*
EIVS *e*

Recognovi ad ectypum optime factum, quod Iosephus Gagliardi dedit Henzeno. Lanciani comm. Mommsen. p. 414; P.... L.... Poggiomirtetensis in eph. Romana *la Libertà* 19 Apr. 1876; Tomassetti ms.

5. 6 id est [*cura*]*tore r*(*ei*) *publ*(*icae*) *S*(*abinorum*).

4962 rep. m. Sept. a. 1765 *agli Arci* RICCOM. (1769); rep. *agli Arci* CHAVPY (1769); rep. a. 1776 *agli Arci* GALLETTI (prim.). Rep. prope Farfam NOV. FIOR. Deinde in museo Vaticano (*Gall. lap.*, Augusti). — Romae *S. Francesco a Ripa* GALLETTI (cod. 7912) errore opinor.

INV. 6880
GALL.LAP.
XXXXIII, 11

IMP CAESARI
GAIO FABIO
CONSTANTIO P*io*
FELICI AVGVST*o or*
DO C*u*RIVM · SABI*no*
RVM
D N M Q E

Recognovit Dressel. Riccomanni (apud Gallettium cod. Vat. 7929 f. 366′ et apud Amaduzzium in schedis Savignanensibus) cui descripsit canonicus Morvelletti; *Nov. Fior.* 1766 p. 93 (inde Donat. 467, 1); Chaupy *maison d'Horace* 3, 77; Galletti cod. Vat. 7912 A et in libro edito *del primicerio* (Rom. 1776) p. 267, cui dedit cardinalis Carrara; Marini ms.; Mercuri *Curj* p. 52; Nibby *analisi* 1, 541; Henzen n. 5585 qui vidit.

I signori della Fara, Riccomannius scribit, *presumono con questa falsa iscrizione di buttare a terra la bella scoperta fatta sopra il Gabio dei Sabini dal P. Ab. Galletti* (vide p. 472). Se cum statim suspicionem sibi movisset, de ea interrogasse Hannibalem Olivierium eumque epistula scripta d. 28 Aug. 1766 sibi adsensum esse. Hodie neque his dubitationibus immorandum est neque somniis Chaupyianis de quarto nescio quo Constantio ex annalibus sublato. Constantii prioris praenomen raro enuntiatur, nec semper idem est. Marcus dici debuit utpote adoptatus a Maximiano et dicitur ita in Brixiana vol. V n. 8042 (ubi in adnotatione memoria me fefellit) et in Thuggensi vol. VIII n. 608, contra Gaius in hac et in Dalmatina vol. III n. 3205 et in Gaulitana Mur. 263, 1. Vere primus fuit imperatorum qui praenomine abstineret. Similiter filius Constantinus modo Marcus est (ut in Africana vol. VIII n. 1781) modo Gaius (ut in Africana vol. VIII n. 9042 et in miliario Vallensi apud Guerinium *voy.* 2 p. 177), plerumque autem et ipse praenomine non utitur. — Nomina Constantio fuerunt ante adoptionem Flavii, post eam vulgo Valerii, raro Aurelii (cf. vol. V n. 8022. 8042); hunc titulum qui scripsit dedicatum opinor statim post adoptionem nuntiatam, hominis eo tempore parum noti nomen male corrupit.

4963 Curibus rep. dum n. 4962 ex terra extrahitur, ibi ubi forum fuit; iam in suburbano meo CHAVPY. — Curibus translata in museum Vaticanum SPER. errore omnino.

Chaupy:	*Sperandio:*
. . . .	
MAXIM	V. . . . .
FELICI · INVIC · · ·	FELICI · IN . . .
A V G	. . . . A V G . . .
CVRES · SABINI	CVRIS · SABINIS . . .
D · N · M · Q · E	D · N · M · Q · E . . .

Chaupy *maison d'Horace* 3 (1769) add. p. III; Sperandio Sab. p. 334.

Chaupy vv. non divisit.

4964 Toffiae pars prior extat *al parapetto di una bottega* AMATI similiterque MAROCCO, *davanzale di una finestra in una casetta del Bonifazi di fronte alla chiesa interna* TOMASS.; pars posterior *scalino di una casa vicina ai Sigg. Simoni* AMATI, *in una stanza sotterranea di casa Castellani* pro limine TOMASS. STEVENSON.

D ·
SEX . BA*io*
PROC · AVG
ITEM NORICI RAETIAE
VINDELIC*iae maur*ETANIAE CAESAR ET
SEPTI*miae* E*o*M FILIAE
BAIA P *par*ENTIB DVLCISS

Recognovit Stevenson fragmentum secundum. Prius exhibent Amati in itinerario ms. a. 1818; Marocco 3, 56; Tomassetti ms. et apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 31; secundum Amati et Tomassetti ll. cc.

3 AV Tom. — 5 CAESAR ET Am., CAESA/ET Stev., C... ET Tom. — 6 E*o*M F:LIAE Am., E*o*M F/LIAE Stev., IMI...NAE Tom. — 7 BAIA P Tom., P Am., om. Mar. — ENTIB DVLCISS Am., ENTIPP/IC//S Stev., ENTIP/// Tom.

4965 *scavata nel 1750 in un terreno detto S. Croce posto nella villa di Canneto con alcune colonne di marmo rotto* GALLETTI; *in Fara nel quarto di Canneto in un terreno spettante ai sig. Martinelli; donata al card. Lante e da lui trasportata a Roma nel suo palazzo* AMADVZZI; effossa est prope collem villae Canneti, dono data a dominis de Martinellis cardinali de Lante et delata Balneariam ANON. FARENSIS. Lantius dedit Olivierio MARINI. Hodie Pisauri in domo Olivieriana.

L · IVLIO L · F · FAB · MARIN*o*
CAECILIO · SIMPLICI · IIII VIRO
VIARVM CVRANDARVM · TR · MIL ·
LEG · IIII · SCYTHICAE · Q · PRO · PR · PRO
VINCIAE MACEDONIAE · AEDILI · PLEB ·
PRAETORI · LEG · PRO PR · PROVINCIAE CYPRI
LEG · PRO · PR · PROVINCIAE : PONTI · ET
BITHYNIAE · PROCONSVLATV PATRIS · SVI ·
CVRATORI VIAE · TIBVRTINAE · FRATRI ARVALI ·
LEG · AVG · LEG · XI · C · P · F · LEG · IMP · NERVAE TRAIANI
sic AVG · GERM · PROVINCIA · LYCIAE · ET ·
PAMPHYLIAE · PRO · COS · PROVINCIAE · ACHAIAE
COS ·

Recognovit Bormann. Galletti cod. Vat. 7929 f. 319′ et denuo cod. 7937 f. 107 et apud Zaccariam *storia lett. d'Italia* 11 (1757) p. 380 (inde Donat. 255, 1); Amaduzzi in schedis Savignanensibus; canonicus quidam Farensis saec. XVIII in 'chronico ecclesiae parochialis S. Antoninae Pharae' f. 12, quod chronicon inspexit Stevenson; Guarnieri ms.; Marini Arv. tab. 58 p. 753.

L. Iulius Marinus redit in actis Arvalium a. 91 et 101 (cf. Henzen act. fr. Arv. p. 189) et in decreto Ferentinate vol. IV n. 1492 quod sic incipit: *L. Arruntio Stella L. Iulio Marino cos.*

4966 *nel ponte del Farfato in un fragmento.*

. . . COS · ACHAEA · CAPTA

Sabinensis liber f. 6′ = 100′ (inde Grut. 1023, 4 ex Ursini schedis).

Ad hunc fingendum in promptu erat notus titulus Reatinus n. 4672; sed cum possit item genuinus esse, loco non movi.